



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

II. Berlinichen, Lippehne und Bernstein

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

II.

Berlinichen, Lippene und Bernstein.

I. Herzog Barnim von Pommern vergleicht sich mit dem Bischofe Hermann von Camin über die Grenzen der Lande Stargard und Maffow, Pyritz und Lippene, am 16. September 1249, aus Herzogs Warteslaw's Bestätigung, vom 8. März 1321.

Wartislaus, Dei gracia Slauorum, Cassubie, Pomeranieque Dux, omnibus presencia visuris seu auditoris, salutem in omnium saluatore. Noscant vniuersaliter singuli ac singillatim vniuersi, nos vidisse et audiuisse literas domini Barnym, aui nostri karissimi, et domini Hermann, Caminensis ecclesie Episcopi, felicis memorie, non cancellatas, non corruptas nec in aliqua sue parte viciatas, de verbo ad verbum hunc tenorem continentes:

Hermannus, Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus et Barnym, eadem gracia Dux Slauorum, omnibus in perpetuum. Notum sit vniuersis, quod nos de consilio fidelium nostrorum super limitibus terrarum Stargard et Maffow, Piritz et Lippene et decimis quarundam villarum, cuiusdam pecunie summa in thelonio Stetin, super impeticione opidi Vkreunde et quibusdam rebus aliis anno domini millesimo ducentesimo quadagesimo nono, in die sancte Eufemie virginis, in opido Demyn concordauimus in hac forma: Limites terrarum Stargard et Maffow iuxta priuilegiorum super hiis confectorum continenciam dirigentur. Super limitibus vero Piritz et Lipene est conductum, quod duodecim milites et quatuor clerici in die sanctorum Simonis et Jude apostolorum super limites conueniant ad distinguendum easdem. Item super tercia parte decime terre Vitekow Theodericus de Leyne, Conradus Cleft, Hincricus de Mufzin, Rodolfus Munt per fidem suam dubium amputabunt. Item dimidiam decimam ville Niegriwe dominus Barnym suo iuramento si voluerit obtinebit. Item triginta marcas denariorum, quas habet dominus Episcopus in thelonio Stetin, iure feudali porriget domino Barnym cum opido Vkreunde. Item pro impeticione centum chororum eidem contulit in feodo decimas villarum Reynekendorp et Nigenkerken. Item dominus Barnym habebit in terra Hufzanam centum manforum decimas in vno tractu. Item dominus Barnym per totam terram Wstrosun habebit duas partes decimarum tam collatarum, quam absolutarum, terciam vero Episcopus retinebit, quas tam spiritali iure quam seculari brachio repetere mutuo se iuuabunt. Item dominus Episcopus et Canonici Caminenses cum sua familia nulum in omnibus passagiis non perfoluent. Item quicquid continent priuilegia vtriusque tam in cultis quam in non cultis, stabit inte-

grum et illesum. Testes huius ordinacionis sunt Hinricus comes de Keuerberch, Adolfus Decanus et Mauricius Canonicus ecclesie Caminenfis, Theodericus prepositus Colbergenfis, Gherardus scolasticus Gustrowenfis, Wihardus Abbas de Vfznam, Conradus Cleft, Hinricus de Muffen, Borchardus de Verden, Rodolfus de Nienkerken, Gotfridus aduocatus in Piriz, Bolco Scerf, Conradus de Maffow milites et alii quam plures clerici et milites.

Nos igitur nostrorum predecessorum vestigiis inherentes, cultum diuinum in dicta Caminenfi ecclesia cupientes adaugere, omnia predicta et quotlibet premifforum nostra voluntate vltronea confirmamus, donamus de novo et ratificamus, volentes ea perpetuis Temporibus inuolabiler pro nobis, heredibus et fuccefforibus nostris obferuare. Vt autem omnia et fingula infraferipta maneant illibata, nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Testes huius rei sunt Henningus Bere, noster marefcalcus, Johannes Stenwer, Theodoricus Scerf, Vlricus Kedinc, milites et nostri confiliarii, Magifter Conradus, Caminenfis ecclesie canonicus et curie nostre notarius et Johannes de Swanebeke, Colbergenfis ecclesie canonicus. Datum et actum Camin, Anno domini MCCCXXI^o, octavo idus Marcii.

Nach dem Caminifchen Copialbuche des Pommerfchen Provinzial-Archives.

II. Hermann, Bifchof von Camin, verkauft das Land Lippene den Markgrafen Johann Otto und Conrad für 3000 Mark und fetzt die Zahlungsbedingungen fest, am 18. August 1276.

Nos hermannus, dei gratia Caminenfis Epifcopus, recognofcimus protestando, Quod illuftribus principibus conlangwineis nostris dilectis Dominis Johanni, Ot. et C. marchionibus de Brandenburg, vendidimus terram Lippene cum terminis fuis et cum omni iure et proprietate, decimis, aquis, fluminibus, ftangnis, fundo et omni utilitate, preter villam Letenin cum terminis et attinentiis, quos dignofcitur antiquitus habuiffe, et medietatem ville Cofeliz, que fita est in parte terre Lippene, quas villas nobis et fuccefforibus nostris referuamus, pro tribus milibus marcarum argenti, de qua pecunia dicti principes foluent duo milia marcarum in fefto Epiphanie et mille in pasca feftis proxime nunc venturis nobis ficut fuccefforibus nostris. Promiffit autem dn. Johannes marchio cum XIV^{cim} militibus et adhuc promittent XVI^{cim} milites, octo diebus postquam prefati principes a nobis moniti fuerint terminis premiffis, fe foluturos pecuniam memoratam. Quod fi in folutione celfauerint principes fepe dicti, unus marchionum eorundem cum militibus, qui fecum promiferunt et promittent, XV diebus post monitionem nostram, ciuitatem, polwalk intrabunt, inde minime recessuri, nifi de pecunia memorata et dampnis, fi aliqua inciderimus, occasione pecunie, in premiffis terminis non folute, nos reddant indemnes, liberos et folutos. Si vero aliquis militum de fideiufforibus polwalk intrare non poterit, alium ftatuet loco fui. Dabimus etiam super roboratas. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o, feria tertia post affumptionem B. Virginis in polwalk et actum ibidem.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

III. Hermann, Bischof von Camin, bekundet den Verkauf von Lippene nochmals mit Zustimmung seines Capitels, am 30. August 1276.

In nomine domini amen, Hermannus, dei gratia Caminenfis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi propter diuersos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit ut scriptis autenticis, ad perpetuam rei memoriam, quibus probari valeant, confirmentur. Ad singulorum igitur notitiam, tam presentium quam futurorum, presens scriptum cernentium, cupimus peruenire, quod nos de consensu communi terram nostram Lippene cum proprietate et terminis suis vendidimus Illustribus principibus dominis Ottoni, Johanni et C., fratribus, marchionibus de Brandenburg et eorum heredibus pro tribus milibus marcar. argenti, sicut et nos ipsam terram possedimus, cum aquis, fluminibus, riuulis, pratis, pascuis, stagnis, paludibus, piscariis, theloneis, pedagiis, siluis, nemoribus, agris, cultis et incultis, vsuagiis, cum omni iure et vilitate, que in dicta terra esse dignoscitur vel pro tempore in ea haberi poterit vel acquiri, preter villam Letenin cum terminis suis et medietatem ville Coselitz, sitam in terra Lippene, que sicut ad hec tempora habuimus, cum omni iure nobis et nostris successoribus reseruamus. Testes autem huius sunt Vt autem presens nostra ordinacio seu vendicio perpetuam obtineat firmitatem, eam per presens scriptum desuper confectum per sigilli nostri appensionem, immo capitulo nostri, fecimus roborari. Datum Camyn, anno domini M^o. CC^o. LXXVI^o. III^o. kal. Septembris.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives.

IV. Die Markgrafen Otto und Albert übertragen dem Heinrich Loyte die Anlegung der Stadt Berlinichen, am 25. Januar 1278.

Nos Otto et Albertus, Dei gracia marchiones Brandenburgenses, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod Henrico dicto Loyte ciuitatem nostram nouam Berlin locandam commisimus, concedentes eidem tercium denarium, id est partem terciam omnium, que proueniunt de iudiciis, de censu, de molendinis, de edificiis, theatro videlicet et marcellis et aliis edificiis singularibus, que pro vsu communis ciuitatis construuntur, de ortis humuli sive ortis aliis vniuersis, quam terciam partem locationis, que Besitzinge dicitur, nomine possidebit. Molendinum, autem quod ante fundationem ciuitatis predictae fuit ibi, censum eius et pactum idem Henricus possidebit a nobis sicut antea titulo feudali. In horum omnium euidentis testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes autem huius sunt milites Henricus marschalcus noster, Otto de Winninge, Johannes de Perwernitz, Theodericus de Doffa, Theodericus de Leuendal, Hermannus Botel et Gerhardus de Wrech et alii quoque multi. Datum in noua Landesberg per manum Bertoldi, nostri notarii, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, VIII^o. kalendarum Februarii.

Nach einer Abschrift des Originals im Stettiner Provinzialarchiue.

V. Markgraf Albert überläßt das Dorf Clausdorf mit 64 Hufen und 16 Uebermaßhufen dem Ritter Werner Weiß oder Witten mit dem Versprechen, das Dorf nicht wieder vermessen zu lassen, am 5. August 1289.

Mutabilium successio temporum actiones hominum frequenter in irritum deduceret et inane, si non a voce testium vel scripti memoria reciperent munimentum. Hinc est, quod nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et tenore presentium in publicam volumus notitiam devenire, quod villam Clausdorf cum LXIII mansi et super excrecentiam mansorum XVI ibidem, quam dominus Wernerus miles, dictus Albus, a nobis pro XXXI talentis suis denariis comparavit, eidem domino Wenero cum omnibus suis distinctionibus prius habitis contulimus, ita quod ad dictam villam LXIII mansi tantum et non plures aliquatenus computentur, publice etiam protestantes, quod mansi dicte ville ex nunc amplius non mensurabuntur per nos seu per nostrorum quempiam successorum, Sed ad dictam villam secundum quod siti sunt, libere et sine diminutione qualibet pertinebunt. In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Johannes de Marewitz, Petrus de Staue-now, milites, Rodolfus de Leuendale et plures alii fide digni. Datum Brunneke, anno domini M. CC. LXXXIX. in die beati Oswaldi Regis.

Nach v. Dreger's Abschrift ex orig. Bernstein.

VI. Erzbischof Erich von Magdeburg verleiht den Wohlthätern des neuen Klosters Bernstein, dessen Einkünfte noch nicht zum Unterhalt der Nonnen hinreichen, in Betracht der Wunder, welche Gott hier wirke, einen Ablass, am 26. Februar 1290.

Ericus, miseratione diuina archiepiscopus sancte ecclesie Magdeburgensis ceterique confratres nostri episcopi videlicet Conradus Lubucensis, Brandenburgensis nec non Havelbergensis, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in eo, qui est vera salus. Ad diuine laudis obsequium basilice sanctorum in titulum eriguntur, ut in eis, que domus orationis existunt, suffragia bonorum agminum implorentur, quorum presidii Cristi fideles eterne felicitatis premia consequantur: terrestris quidem ecclesia celestis mansionis edificium representat et in hoc exhiberi debet obsequium, quo ad illam per faciliorem accessum additus possit preparari. Cupientes igitur novellam plantationem ecclesie sanctimonialium in Berenstene, Caminensis dyocesis, Cisterciensis ordinis, in honorem sacratissimi corporis domini nostri Ihesu Cristi ibidem, in carnem et sanguinem mirabiliter inmutati et gloriose virginis matris Marie venerabiliter dedicandam, crebis honoribus honorari et a cunctis Cristi fidelibus iugiter frequentari, In qua etiam Dominus de sua clementia multa et crebra signorum miracula operatur, de omnipotentis Dei ac ea qua nobis indulget gracia presumentes, Omnibus vere penitentibus et concessis, qui dictam nouellam plantationem in festiuitatibus pasche, pentecostes, ascensionis, natiuitatis Domini, in cena domini, in die

commemorationis corporis Christi, in festiuitatibus beate virginis, nec non sancte crucis et per octauas earundem et in die sanctorum, quorum reliquie in iam sepedita ecclesia continentur, causa deuocionis pia mente uisitauerint, quique quouis tempore sanctimonialibus dicte plantationis nouelle pia et grata karitatis subsidia contulerint pro sua sustentatione, cum adhuc nondum eisdem proprie suppellant facultates, singuli singulis XL dies indulgentiarum et vnam karenam de inuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXX. III. kal. Marcii, Pontificatus nostri anno septimo.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

VII. Markgraf Albrecht stiftet das Kloster Bernstein und legt demselben den See, den Burgwall im See mit den dazu gehörigen Leuten und das Patronat über die Pfarrkirche der Stadt bei, am 21. März 1290.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Injuriatur memorie frequenter obliuio, longinquitate sit sepe temporis ut res clara presentibus reddatur obscura futuris; Quocirca aduersus obliuionis dispendium de scripture suffragio prouidit industria sapientum. Cum itaque rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de uerborum serie redactorum in ipsam neque minuit neque mutat, Nos Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus et tenore presentium in perpetuam memoriam volumus deuenire omnibus ipsarum auditoris continentiam seu uisuris, Quod ad honorem omnipotentis Dei et sue matris beate Marie semper virginis gloriose ecclesiam sanctimonialiam in Berensten, Cisterciensis ordinis, Caminensis dyocesis, fundauimus pro nostra nostrorumque progenitorum ueriori salute, dotantes et donantes eisdem locum, in quo resident et morantur, Stagnum quoque dictam ciuitatem Berensten circumfluens et circumdans, cum loco castri sito in eodem stagno, qui locus Borchwall uulgariter appellatur, usque ad fossam ciuitatis, que pro nunc est, cum Cmetis et collatis castri, Omnes proprietates et libertates terminorum prescriptorum cum iuribus tam superiori quam inferiori, quas et que nos ac nostri progenitores huc usque possedimus in ipsas sanctimoniales presentes et futuras pleno ac inuolabili iure transferentes. Insuper ecclesiam parochialem dicte ciuitatis cum omnibus suis pertinentiis, accidentibus et prouentibus, dummodo consensus iudicis ordinarii accesserit, ad eandem ecclesiam sanctimonialium iusto proprietatis tytulo perpetuo pertinendam. Insuper damus et donamus eisdem in omnibus pascuis pro uilitate sua et pecorum ac pecudum suorum tam in agris cultis quam incultis, in riuis et riuulis, in nemoribus et paludibus et in omnibus finibus infra metas ciuitatis predictae plenam ac per omnia liberam facultatem. Et ne hec nostra dotatio siue donatio per nos seu per quempiam heredum nostrorum in posterum valeat irritari, presentes de nostra certa scientia fieri et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Huius foundationis et sollempnis nostre donationis testes sunt Johannes de Marwytz, Petrus de Stauenowe, Otto de Thene, Hinricus de Sydowe, Vlricus de Osterburch, Bose de Brunkowe, milites, et quam plures alii clerici fidedigni.

Datum et actum in villa Golyn, anno domini M^o. ducentesimo nonagesimo, Ipso die beati Benedicti abbatis.

Aus der v. Dreger'schen Abschrift des Originales.

VIII. Ablassbrief für das Kloster Bernstein vom Bischofe Conrad von Lebus,
vom 4. November 1290.

Conradus, miseratione diuina episcopus Lubucensis ecclesie, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram inspecturis, Salutem in vero salutari. Sanctorum meritis inclita gaudia Cristi fideles minime assequi dubitamus, qui per condigne deuocionis obsequia cum venerantur in illis, quorum ipse gloria et corona est et retributio meritorum. Ad promerenda igitur sempiterna gaudia Cristi fideles quibusdam muneribus allectiuis, indulgentiis videlicet et remissionibus inuitamus, vt ex eis propensius diuine gratie reddantur aptiores, quo se magis dono celestis gratie senserint esse resectos. Cupientes igitur, vt noua plantatio ecclesie in Berenstene sanctimonialium, Caminenfis dyocesis, cisterciensis ordinis, dignis frequentetur honoribus, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam nouellam plantationem in festis subscriptis, videlicet in die Pasche, Penthecostes et in festiuitate ascensionis domini, in die commemorationis corporis Cristi ac in quatuor festiuitatibus beate Marie virginis gloriose, nec non sancte crucis, cena domini et per octauas earundem et in diebus sanctorum, quorum reliquie in iam sepe dicta ecclesia continentur, causa deuocionis pia mente visitauerint quique etiam ad releuandas inopias predictarum sanctimonialium pro sustentatione earum manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies de iniuncta eis penitentia misericorditer in domino relaxamus, si ad id consensus dyocesani accesserit et voluntas, Presentibus quam diu eidem placuerit valituris, quas sine ipsius ratihabitione irritas decernimus et inanes. Datum Goricie, proximo sabbato post festum omnium sanctorum, anno domini M. CC. nonagesimo.

Nach v. Dreger's Abschrift des Originales.

IX. Bischof Jaromar von Camin bestätigt die Stiftung des Klosters Bernstein und diesem das Patronat über die Pfarrkirche, so wie den Wohlthätern des Klosters die erteilten Ablasszusicherungen, am 26. November 1290.

Jaromarus, Dei gratia Caminenfis ecclesie confirmatus, vniuersis Cristi fidelibus prefens scriptum inspecturis, salutem in domino Jhesu Cristo. Cum ex officii nostri debito cultum diuini nominis augmentare teneamur et velimus et specialiter sanctimonialibus adesse propicio fa-

uore et benigno; Hinc est quod vniuersitati vestre notum esse cupimus per presentes, quod fundacioni monasterii sanctimonialium in Berensten, ordinis Cisterciensis, Caminensis diocesis, tam pie quam deuote per inclitum principem Albertum, Marchionem de Brandenburg, nouiter fundati et instaurati, nostrum assensum impertimur, consensum et fauorem, omnia etiam que jam dictus princeps eidem monasterio in agris, stagnis, pascuis, molendinis et rebus aliis quibuscunque contulit et donauit aut in futurum donabit, ipsi monasterio sanctimonialibusque ibidem irrevocabiliter confirmamus. Ecclesiam vero parochialem ciuitatis in Berensten cum omnibus vilitatibus, oblationibus et prouentibus suis quibuscunque, cuius jus patronatus per sepe memoratum principem nostro accedente consensu prefatis sanctimonialibus suoque monasterio collatum fuerat ordinatum, vltibus suis deputamus et confirmamus, per earundem sanctimonialium capellanum perpetuis temporibus officendam, qui a nobis aut suo archidiacono curam recipiat animarum: et quidquid de jam dicta ecclesia deriuari poterit, vltibus et necessitatibus sanctimonialium fideliter applicetur. Indulgentias vero, que a venerabilibus patribus Archiepiscopis et episcopis sepedicto monasterio in remissionem peccatorum Cristi fidelium, qui manus adiutrices jam dictis sanctimonialibus porrexerint aut ipsarum monasterium pia deuotione certis diebus in priuilegiis et literis indulgentiarum contentis visitauerint, indulte sunt et concessæ, ratas et gratas habemus. Ipsi vero indulgentiis nostrum impertiendo consensum, Cristi fidelium, qui consilium, auxilium vel fauorem prefato monasterio impenderint, deuotionem in domino commendamus. Omnes etiam raptores, inuafores et alios quoscunque, qui ausu temerario violenter res ipsius monasterii inuadere presumpserint, vinculo excommunicationis et anathematis se nouerint feriendos. Datum et actum in Werben, anno domini M. CC. XC. in crastino Katherine virginis beate.

Aus von Dreger's Abschrift des Originals.

X. Die Ritter Zulis und Ludekin von Wedel schenken dem Nonnenkloster Bernstein sechs Hufen Landes im Dorfe Balfenberg, am 17. April 1291.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Tzulis et Ludekinus, Dei gratia milites, Vniuersis fidei Cristiane professoribus, ad quos presens scriptum peruenerit, Salutem in eo, qui saluat omnem hominem et neminem uult perire in perpetuum. Quoniam propter humane labilitatem memorie et continuam temporis successionem vniuersa, que ab hominibus disponuntur et ordinantur, vna cum temporis fluxibilitate in obliuionem, que mater est erroris, transeunt et desluunt, necessarium arbitramur, ut acta, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, scripture testimonio sic muniantur, quatenus processu temporis versutorum malicia locum in eis non inueniat malignandi. Igitur notum esse volumus tam presentis quam futuri temporis nationibus, Quod nos deuotis sanctimonialibus et in Cristo nobis dilectis monasterii gloriose virginis Marie in Berensten ac successoribus earum nec non et ipsi monasterio cisterciensis ordinis et Caminensis dyocesis, ob amorem et reuerentiam omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie, nec non pro nostris nostrorumque progenitorum delendis peccaminibus, sex mansos cum omnibus profectibus et prouentibus et inte-

gritate omnis iuris in nostra villa Valckenberch donauimus perpetuis temporibus feliciter possidendos. Testes hujus donationis sunt hii milites dominus Tzulis, Dominus Ludekinus, fratres, dicti de Wedele, Dominus Ghyllis sacerdos premissæ ville, Dominus Thydericus de Kõthen; hii armigeri: Heidenricus, Ghyfchow, Gobel et alii quam plures fidedigni, quorum hic non sunt nomina subarata. Vt autem hec omnia firma et inconuulsa permaneant et ne possint aliqua prorsus prauæ suggestionis industria vel successorum nostrorum turbare calumpnia, presens instrumentum conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratum, prenotato monasterio sancte Marie in Bernten perpetuis temporibus in inuolabile testimonium erogantes. Datum Kürthow, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, quindecimo Kalendas May.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

XI. Inzelerius, Vicar des Bischof Jaromar von Camin, versichert die Wohlthäter des Klosters Bernstein eines erweiterten Sündenerlasses, am 18. Juni 1292.

Inzelerius, Dei gratia Buduensis episcopus, frater fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini, Gerens vices venerabilis domini Jaromari, ecclesie Caminensis electi et confirmati, Omnibus presentes litteras inspecturis et auditoris, Salutem in domino Ihesu Cristo. Dignum est iustis petentium desideriis facilem adhibere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, benigno affectu prosequente complere. Ea propter nos de omnipotentis Dei gratia et apostolorum suorum Petri et Pauli confidentes, omnibus benefactoribus monasterii beate virginis Marie sanctimonialium Cysteriensis ordinis in Burnstein vel qui manum eidem porrexerint adjutricem, seu qui id ipsum in diebus patronorum, in anniuersario, die dedicationis, in nataliis apostolorum, In natiuitate Cristi, in pasca, in festo pentecostes, in quatuor sollempnitatibus sancte virginis Marie et per octauas dictarum festiuitatum deuote accefferint, Quadraginta dies criminalium et annum venialium seu Karrinam de injuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus. Preterea pretactis benefactoribus peccata oblita, vota fracta, si ad ea redierint, et offensas patrum et matrum sine enormi lesione seu effusione sanguinis auctoritate domini Gregorii pape decimi nobis tradita dimittimus per presentes, saltem omnibus hiis, qui in loco seu in locis dicto monasterio adinentibus corpus domini nostri Ihesu Cristi, dum ad infirmos portabitur, deuote secuntur, quinque dies criminalium de injuncta sibi penitentia relaxamus auctoritate qua fungimur speciali. Datum anno domini millesimo CC. XCII. Indictione V. proxima feria III. post Viti, XVIII. anno pontificatus nostri, predictas eciam litteras dudum dicto monasterio tradidimus, perpetuo valituras.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

XII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloster Bernstein sechs Hufen in Falkenberg und sieben Hufen in Kostendorf, am 27. Juni 1293.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ne id, quod rationabiliter agitur, obliuio hominum aut fluxus temporis tollat et perimat, necesse est ut robor firmitatis et perpetuitatis scripturarum et testium ydoneorum testimoniis forciatur. Nos igitur Albertus, Dei gracia Marchio Brandenburgensis, presentibus recognoscimus publice protestantes, quod damus conuentui sanctimonialium in Bernsteyn proprietatem sex manforum cum omni iure in villa Valkenberge, quos manfos Zuliz et Ludekinus, milites de Wedele, coram nobis constituti, ad honorem sancte Marie virginis et ob salutem animarum suarum predicto conuentui sanctimonialium in Bernsteyn resignauerunt et predictis dominabus contulerunt. Item recognoscimus presentibus, quod ad honorem sancte Marie virginis damus predicto conuentui sanctimonialium in Bernsteyn proprietatem septem manforum jacentium in villa Cofekkendorphe cum omni iure et pascuis et lignis et aquis, nichil nobis juris in prefatis omnibus donatis sepedictis dominabus penitus retinentes. Vt igitur nostra donatio ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, presep scriptum inde factum conferibi fecimus et sigilli nostri munimine iussimus roborari. Hujus rei etiam testes sunt Theodericus de Kötene, Henningus de Marwitz, milites, dominus Hinricus prior in Struzberghe, Rudolfus de Liuendale, Henricus de Sydow et Albertus de Dewitz milites et plures alij fidedigni. Actum et Datum Brunneke, anno domini M. CC. LXXXIII. V. Kalendas Julii.

Nach von Dreger's Abschrift des Originales.

XIII. Markgraf Albrecht vereignet dem Kloster Bernstein das Dorf Sydow, am 30. August 1295.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Albertus, Dei gratia Brandenburgensis marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria et obliuioni dedita, necesse est, ut ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore et obliuioni tradantur et fiant irrita et annihilata, voce, testium et litterarum testimonio perbennentur. Nos autem hoc attendentes et illud malum negligencie seu obliuionis omnino precauere volentes, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod dominabus siue sanctimonialibus in claustro Berendsten, Deo ibidem seruientibus, ob Dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum dimittit, et in anime nostre remedium singulare, villam Sydowe et proprietatem ipsius ville cum omni iure, cum omnibus iudiciis, summis et infimis, cum omnibus attinentiis seu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et pascuis, cum omnibus lignis et siluis, cum omnibus stagnis, riuis et riuis, cum omnibus molendinis constructis et construendis, simpliciter cum omni utilitate, quam sibi infra metas huc usque habitas poterunt ordinare, ob omni exactione seu preca-

ria et angaria et ab omnibus quibuscunque seruiciis liberam et exemptam, donauimus perpetuo possidendam. Vt ergo ista omnia a nobis et posteris nostris rata et firma et inuolabiliter obseruentur, presentes dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes hujus facti et rei sunt: Dominus Nicolaus prepositus in Vredeland juxta Stargart, dominus Bartoldus plebanus in nouo Berlyn, Capellani nostri; Dominus Conradus de Winninge, Dominus Henricus de Sydowe, Dominus Wernerus, Splinter dictus, aduocatus noster, milites, et quam plorimi fidedigni. Acta sunt hec Berenwalde, Domino Erardo, tunc existente preposito dominarum in Berensten et hec omnia procurante, anno domini M. CC. XC. V., In die beatorum martyrum Felicis et Adaucti.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XIV. Bischof Heinrich von Ermeland gewährt den Wohlthätern des Klosters Bernstein einen Ablassbrief, am 25. Juni 1296.

Nos Hinricus, dei gracia Warmiensis ecclesie Episcopus, Vniuersis et singulis Cristi fidelibus, ad quos deuenit presens scriptum, salutem in omnium saluatore. Cupientes quolibet fideles Cristi ad opera meritoria et caritatis, que peccatorum operit multitudinem, donis spiritualibus et gracia illectiua, salubrius inuitare, omnibus, qui ad claustrum sanctimonialium Cystercentium in Bernstein causa deuocionis et orationis confluxerint nec non et qui eisdem suas pie elemosinas in subsidia in festiuitatibus scilicet sacrosancti Corporis Cristi et in natiuitate gloriose virginis Marie erogauerint, quadraginta dies indulgentiarum, si confessi fuerint et contriti, accedente consensu venerabilis patris domini Dyocefani, misericorditer in domino relaxamus. Datum Brunsberg, anno domini M. CC. LXXX. sexto, in crastino Johannis baptiste.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XV. Die Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Heinrich bekunden, daß die Stadt Stendal ihnen ein Darlehn gemacht hat, um das Land Bernstein von dem Markgrafen Albrecht zu kaufen, am 2. Juli 1298.

Nos Otto et Conradus, Iohannes et Hinricus, dei gratia Brandenburgenses et de Landsberg Marchiones, cum manifesta recognitione tenore presentium publice protestamur, quod viri honorabiles ac discreti, Burgenses de Stendale, ad solutionem terre Berensten, quam nunc a nostro patruo marchione alberto, emimus, nobis centum marcas argenti Brandenb.

mutuo presiterunt, quas marcas de confagitatione penitus danda de predicta Stendal recipient siue tollent quoad usque dicti ciues in integro et plene sustulerint seu rehabuerint summam pecunie iam pretacte. Ad cuius rei euentiam presens damus scriptum nostris sigillis roboratum. Assuerunt huic tractatui Fredericus de Ecstede, Iohannes Romolo, Iohannes de Vchtenbagen, Zab. de Bardeleue, milites et quam plures alii fide digni. Datum in Ratenow, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o. die Processi et Martiniani martyrum, per manus domini Zacharie, nostre curie capellani et notarii.

Nach dem Orig. des Stendal. Rathsarchives No. 33.

XVI. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann bestätigen dem Kloster Bernstein die Schenkungen des Markgrafen Albrecht, am 2. August 1299.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Iohannes, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones, Recognoscimus et tenore presentium euentius protestamur, quod omnes donationes ac omnia bona, siue illa consistant in villis, pascuis, pratis, lignis, siluis, molendinis, piscationibus, in ecclesiis siue in ceteris bonis quibuscunque, quas illustris princeps marchio Albertus, patruelis nostre dilectus, titulo proprietatis Abbatisse, priorisse totique conuentui dominarum in Berensten de ordine Cystercentium ob remedium anime sue atque suorum successorum donauit et contulit, concedimus et confirmamus in hiis scriptis, gratum etiam et ratum habentes, quicquid predictis dominabus est a predicto domino marchione Alberto, nostro patruo, elargitum. Vt ergo ista omnia a nobis et posteris nostris rata et firma permaneant et inuiolabiliter obseruentur, presentes dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Huius autem rei et facti testes sunt: Dominus Otto, comes de Nowgarden, Dominus Bernardus prepositus in Vredeberch, dominus Romolo, Dominus Ludekinus de Wedele, Günterus de Raensten, Hinricus dictus Morcyn, milites; Dominus Bloc, Dominus Scheker et suus frater et Thidericus, nostre curie notarius, nec non alii quam plures fidedigni. Actum et Datum Arneswalde, temporibus Erardi prepositi, hoc procurantis, anno domini M. CC. LXXXIX. in crastino beati Petri ad vincula per manum Thiderici de Cothene, nostre curie notarii supradicti.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XVII. Markgraf Albrecht schenkt dem Kloster Bernstein das Dorf Nypoltzke,
am 2. Juni 1300.

In nomine domini amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, Recognoscimus et in publicam noticiam cupimus deuenire singulorum, quod de bonis nostris a Deo nobis collatis cultum diuinum ampliare cupientes, ad laudem Ihesu Christi eiusdemque matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac successorum nostrorum, celebem vitam sanctimonialium in Berensten, ordinis Cysterciensis, inspicientes, villam nostram Nypoltzke cum omnibus suis attinentiis, scilicet agris, siluis, aquis, paludibus, pratis, pascuis, molendinis constructis pariterque construendis, ac omnibus suis prouentibus, cum omni iure temporali et spiritali, sicut eam habuimus, sine omni precaria, ecclesie earundem pure donauimus propter Deum iusto libertatis ac proprietatis titulo perpetuo possidendam. Vt autem nostra donatio inuolabiliter obseruetur, presentem paginam conscribi fecimus et munimine nostri sigilli roborare. Testes huius sunt frater Wilhelmus, Hermannus plebanus in Oberan prepositus in Soldyn, Albertus de Bruncow, Bruno Capellanus noster et alii quam plurimi fidedigni. Datum et Actum Quarzan, anno domini M^o. CCC^o. feria quinta in festo pentecostes, Temporibus Herardi prepositi sanctimonialium predictorum.

Nach von Dreger's Abschrift des Originals.

XVIII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann vereignen dem Kloster Bernstein das Dorf
Clausdorf, am 13. September 1301.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto, Conradus et Johannes, de Brandenborch et Landesberch marchiones, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria et obliuioni dedita, necesse est ut ea, que sunt in tempore, ne simul labantur cum tempore et obliuioni tradantur et fiant irrita et annihilata, voce testium et literarum testimonio perhennentur. Nos autem hoc attendentes, et illud malum negligentie seu obliuionis omnino precauere volentes, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, Quod dominabus siue sanctimonialibus in claustro Bernsteyn, Deo ibidem seruientibus, ob Dei remunerationem, qui nullum bonum irremuneratum dimittit, et in animarum nostrarum remedium singulare villam Clausdorp et proprietatem ipsius ville cum omni iure, cum omnibus iudiciis summis et infimis, cum omnibus attinentiis seu pertinentibus ad eandem, cum omnibus agris cultis et incultis, cum pratis et pascuis, cum omnibus lignis et siluis, cum omnibus stagnis, riuis et riualis, cum omnibus molendinis constructis et construendis, simpliciter cum omni vtilitate, quam sibi infra metas hucusque habitas poterunt ordinare, ab omni etiam exactione siue precaria et angaria et ab omnibus quibuscunque seruiciis liberam et exemptam, donauimus perpetuo possidendam. Vt ergo ista omnia a nobis et a posteris nostris rata et firma et inuolabiliter obseruentur, presentes dedimus sigillorum

noſtrorum munimine roboratos. Teſtes hujus facti et rei ſunt: Dominus Szhulitz et frater ejus Ludolfus, milites de Wedell, Dominus Romulo, Dominus Hinricus de Morchin, Dominus Haſſo de Glambeck aduocatus noſter, Vlricus de Bilrebecke, Heydenricus de Gytow et alii quam plures fidedigni. Acta ſunt hec anno domini M°. CCC°. 1°. in Vredebergh, in vigilia exaltationis ſancte crucis.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XIX. Die Markgrafen Otto, Conrad und Johann nehmen das Kloſter Bernſtein in ihren Schutz, am 29. März 1303.

Nos Otto, Conradus et Johannes, Dei gratia Brandenburgensēs et de Landesberg Marchiones, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod cenobium sanctimonialium in Bernſtein cum omnibus bonis eorum in protectionem nostram recepimus et tutelam, Mandantes omnibus nostris aduocatis, officialibus ceterisque omnibus pro nobis facere seu dimittere quicquam volentibus, ne quisquam in bonis eorundem ipsos presumat in aliquo molestare, sed potius promouere debent dictum monasterium in omnibus suis negociis ac agendis: nam si aliquis secus facere presumeret, quod abſit, hic nostram indignationem se sciat veraciter incurſurum. In cujus rei euidenciam pleniorē presentem literam scribi iuſſimus, noſtrorum ſigillorum muniminibus roboratam. Datum Grimmenice, anno domini M°. CCC°. III°. feria sexta ante diem Palmarum, per manum Hinrici de Herckeke.

Nach von Dreger's Abſchrift des Originales.

XX. Markgraf Woldemar verleiht die Güter, womit ſein Vetter Hermann den Henning Toyte beſehut hat, demſelben und Albert von Golancz zu geſammter Hand, am 9. März 1310.

Nouerint vniuerſi et ſinguli tenorem presentium inspecturi, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensīs, Luſacie et de Landesberg marchio tutorque incliti Johannis de Brandenburg marchionis, vniuerſa et ſingula bona, que Henningus, Toyte dictus, a noſtro patruo Hermanno hucusque in feodo habuit et poſſedit, eidem ſcilicet Henningo, Toyte dicto, et Alberto, de Golancz dicto, et eorum veris heredibus contulimus conjuncta manu juſto feodali titulo poſſidenda pariter et habenda pacifice et quiete. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtri ſigilli munimine firmiter roboratum, presentibus teſtibus ydoneis Wiperto de Barboy, Henningo et Siſfrido de Winningo, Henningo et Zabello de

Sauptth. I. Bd. XVIII.

Marwicz militibus nec non Slotekino nostre curie notario et aliis quam pluribus fide dignis.
Datum Berlyn, anno domini millesimo trecentesimo decimo, feria secunda in carnis priuo.

Nach einer von Dreger'schen Abschrift des Originales.

XXI. Vergleich des Klosters mit der Stadt Bernstein über Meßkorn und Meßgeld, Mühlen
und Ländereien, vom Jahre 1315.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Iniuriatur memorie frequentes obliuio. Longi-
guitate fit sepe temporis, vt res clara presentibus reddatur obscura futuris. Quocirca aduersus
obliuionis dispendium de scripture suffragio prouidit industria sapientum. Cum itaque rerum gesta-
rum certissima representatio sit scriptura, que verborum serie redactorum in ipsam neque minuit
neque mutat; Sciant igitur vniversi tam presentes quam futuri, Quod nos Hynricus prepo-
situs, Margareta abbatissa, totusque conuentus sanctimonialium in Berensten de matura
prouidentia totius capituli nostrorumque amicorum omnes denarios missales dimisimus in perpetuum
abolutos. Preterea tenemur ipsis persoluere singulis annis talentum denariorum leuium, scilicet in
festo martini X solidos et in festo Walburgis totidem pro eo, quod Vniuersitas consulqm ciuitatis
